



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Priores perpetui Sacrae Eremitum tantum. cap. XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

Cumque sanctitatis eius fama ubique crebresceret. (tam facili enim ductu, & sermone hominum mentes & studia ad Diuinorum cultum trahebat, vt totum Orbem, nisi modum etiam in re optima sibi statuisset, ad Religionem perducere potuerit) in agro Aretino con-  
 sedit anno 1008. ac cuiusdam Casam Maldi in Eremito incoluit; qui vt fatebatur, per quietem visus est sibi cernere scalas in celum surre-  
 ctas, in quibus innumeri mortales candido amictu celum scandere-  
 rent; qua imagine, non minus quam Diuino quodam oraculo mo-  
 tus Romualdus, locum ab hospite & petijt, & impetrauit, an. 1009.  
 oratorium condidit: candidam cucullam, ijs, qui iniciandi essent, in  
 argumentum nocturnæ illius imaginis, ferendam dedit (quum an-  
 tea monachi nigro amicirentur colore) insuper & Camaldulensium  
 nomen vocabulo ab hospitis Maldi casa, sumpto, eos ferre præcepit,  
 anno Domini 1012. Quibus peractis, anno vitæ suæ 120. quorum,  
 20. in seculo, tres in Classensi cœnobio, reliquos in Eremito consum-  
 pserat, Christi 1027. in Monasterio Vallis de Castro Marchiæ Anco-  
 nitanae. 13. cal. Julij diem obiit, inter sanctos relatus; cuius sacri corpó-  
 ris reliquiæ Fabriani in templo S. Blasij digno honore recunduntur.  
 Hic cum doctrinæ laude non mediocriter excelleret ingenij sui cla-  
 ra monumenta reliquit, videlicet.

- 1. Expositionem ferè diuinam in omnes psalmos Dauidicos: cuius  
 pars a Psalmo Primo ad Nonagesimum, apud Patres Eremitæ Ca-  
 maldulensium, pro reliquiario asseruatur, reliquam temporis ini-  
 quitas absumpsit.
- 2. Expositionem item in nonnulla Prophetarum Cantica, quæ an-  
 extet nescio.

*Priores perpetui Sacræ Eremitæ tantum. Cap. XXI.*



**P**E T R U S Petrus Dagninus; Primus Eremitæ Prior per-  
 petuus, a S. P. Romualdo constitutus Anno Christi  
 1016. præfuit annis 35. Obijt anno 1051. die. 4. No-  
 uas Noutembris.

Albizus, Prior Secundus creatus. A. C. 1051. præ-  
 fuit an. 11. Obijt anno 1062.

Rusticus Prior III. creatus A. C. 1062. præfuit ann. 20. Obijt an-  
 no 1082.

Sanctus Rodulphus Prior IIII. creatus A. C. 1082. præfuit an. 23.  
 Obijt anno 1106. quarto Idus Octobris, Canonizatus permissu Pon-  
 tificis

tificis Romani a Gregorio Episcopo Aretino.

Martinus, Prior V. creatus A. C. 1106, præfuit an. . . . . Abdicauit  
anno que 1124. obiit anno . . . . .

Beatus Guido Prior VI. creatus A. C. 11. . . . . præfuit annis. . . . .

*Priores Generales perpetui totius ordinis. Cap. XX.*



**B**EATUS Guido, ex Priore Sexto Eremiticis Ordinis, Generalis Prior creatus est a Paschali PP. II. Anno Chr. 1114. præfuit anno vno & abdicauit. Obijt anno 1128.

Ioannes Generalis. II. Prior autem VII. creatus A. C. 1115. præfuit annis 16. Obijt anno 1130.

Azo, Generalis III. Prior VIII. creatus A. Chr. 1131. præfuit ann. 21. Obijt anno 1153. die decimo octauo calendæ Octobris.

Rusticus II. Generalis. IIII. electus, sed post aliquot menses reculauit; anno 1153.

Rodolphus II. Generalis. V. creatus A. Chr. 1154. præfuit ann. 6. Obijt anno 1159.

Gregorius Generalis VI. creatus A. Chr. 1159. præfuit ann. 13. obiit 1172. idibus Decembris.

Hilibrandus Genera. VII. creatus A. Chr. 1172. præfuit ann. 9. obiit 1181. 10. cal. Decembris.

Placidus Gener. VIII. creatus A. C. 1181. præfuit ann. 18. obiit anno Domini 1199.

Martinus II. Gener. IX. creatus A. Chr. 1199. præfuit ann. 64. obiit 1205. 8. cal. Aprilis.

Geraldus Gener. X. creatus A. Chr. 1205. præfuit an. 2. obiit 1207. Idibus Augusti.

Guido II. Gene. XI. creatus A. C. 1207. præfuit an. 41. obiit an. 1248.

Beatus Martinus III. Gener. XII. creatus A. C. 1248. præfuit ann. 12. obiit Florentiæ. 1259. Idibus Septembris.

Massarius Gener. XIII. creatus A. Chr. 1259. præfuit annis 4. obiit 1263. 6. Idus Aprilis.

Angelus Gener. XIII. creatus A. C. 1263. præfuit ann. 5. obiit 1268. 6. nonas Nouembris.

Ioannes II. Gener. XV. creatus A. C. 1268. præfuit ann. 2. obiit mensis Octobri, 1270.

Bonifacius